

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Johann Peter Schmidt

**Programma Passionale, Qvo Rector Academiæ Rostochiensis, Johann. Petr. Schmidt ... Ad Piam Temporis Qvadragesimalis Celebrationem, Et Devotas De Crucifixo Redemptore Nostro Meditationes Freqventer Instituendas, Cives Academicos ... Hortatur**

Rostochii: Typis Joh. Jac. Adleri, [1738?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1004020945>

Druck    Freier  Zugang





T. 512.

1738, Fasken.

A-1256.<sup>\*\*</sup>

Q. 1758

# PROGRAMMA PASSIONALE,

QVO

RECTOR

ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS,

JOHANN. PETR. Schmidt,

JUR. UTR. DOCT. ET COD. PROF.

PUBL. ORD.

AD

PIAM TEMPORIS

# QUADRAGESIMALIS

CELEBRATIONEM,

ET DEVOTAS

DE

# CRUCIFIXO REDEMPTORE

NOSTRO MEDITATIONES

FREQUENTER INSTITUENDAS,

# CIVES ACADEMICOS O. C.

HONORATISSIMOS,

SERIO EXCITAT ATQUE

HORTATUR.



ROSTOCHII,

Typis JOH. JACOBI ADLERİ, SERENISS. PRINCIPIS

& ACAD. Typographi.

M. 1256 246

\* \* \* \* \*

**C**um more majorum inveterato, denuo  
Verba ad Vos facienda mihi siat, Cives O. O.  
Honoratissimi, hoc nimixrum tempore, quo  
anniversariâ pietate acerbissimæ Passionis  
JESU CHRISTI memoriam celebrat Ecclesia Chri-  
stiana, merito in mentem vobis revoco, quæ scri-  
psit B. WILDVOGEL in diff. de eo quod justum est circa  
tempus quadragesimale, quippe qui JC us p' entissimus  
ex HILDEBRANDI tr. de prisca Ecclesia acris, & die-  
bus festis in capite suo II. sequentem differit in modum:  
*Destinavit, inquit, banc anni partem veneranda anti-  
quitas recordationi ineffabilis illius beneficii, quo unigeni-  
tus & eternus DEI filius, humanâ indutus carne mortem  
pro perditissimo hominum genere sponte subiit, & acerbissi-  
ma passione suâ nosmet patri suo reconciliavit.* Emendator  
hinc per illud tempus requiritur vita ac exquisitior morum  
cultus, ita, ut si quis his diebus religiosior non inveniretur,  
inter Christianos agnoscatur nequaquam. Namque quid  
æquius esse potest? quid unquam justius? quam ut  
vulnerum intuitu, item crucis & mortis Salvatoris  
nostrí JESU CHRISTI, quoniam innocentissimus  
ipse nostri causâ passus est, & profundis angorum  
velut fluctibus immeritus, nos mœrore quodam &  
solicitudine afficiamur, atque quascunque sensuum  
voluptates sedulo evitantes, morum ac vitæ tempe-  
rantioris integritate cruentam hanc passionem Domini-  
nicam pie recolamus, sancteque hebdomades has ca-  
stas i) transigamus & caste. Utpote quem in finem,

quod

---

i) Ita Cystucam Anglo-Saxonum explicat SCHILTER in the-  
saur. antiquit. Test. T. I. p. II. p. 64. vocabulo pio ac m de-  
otto

quo mens ad contritionem & devotam divinorum  
mysteriorum considerationem eo magis præparari  
possit atque excitari, simulque omnia tollantur, quæ  
aut voluptatum præstare illecebras, aut pœnitentiæ  
impedimento esse queant, jam prisca Ecclesiæ patres  
laudabili quodam Zelo in Conciliis constituerunt, ut  
tempore Quadragesimali & jejunia indicantur pu-  
blica, 2) & fiat *incineratio* in die *purgationis*, 3) cessent  
etiam nuptiæ & convivia solennia. 4) item concen-  
tus Musici, nec non *claudatur ALLELUJA usque*  
*ad Octavas Paschæ*, 5) silere quoque debeant musica  
Instrumenta, & præcipue organa Pneumatica in mi-  
nisteriis sacris, 6) habeantur nec minus ad populum  
conclaves ita dictæ passionales, die Passions-Predigten,  
& instituantur examina rudiorum in articulis fidei 7)

) ( 2 tum

---

sto, quod veterum per id tempus castimoniam, sanctita-  
tem & abstinentiam ab omni turpitudine satis indicat  
HALTAUS in Cal. Germ. p. 47. §. 7.

- 2) abs. hoc veteris Ecclesiæ instituto huicdum Germanicum  
superest nomen: die Fasten, Fasten-Zeit.
- 3) JOH. GABR. Mittwoch in diff. de Capite jejunit, von  
Asscher-Mittwochen. Nempe consecratis cineribus caput  
inspergebantur pœnitentes, sub hac formula: *Memento*  
*bomo, quia cinis es, Et in cinerem reverteris*
- 4) Can. 8. C. 33. qu. 4. non oportet in quadragesima aut nuptias aut  
qualibet natalitia celebrare.
- 5) CONCIL. TOLET. IV. Can. X. in omnibus diebus quadragesima  
Alleluja non cantetur, quia tempus mœroris est. DU FRESNE in  
Gloss. v. Alleluja.
- 6) WILDVOGEL diff. cit. p. 28. §. 12.
- 7) Can. 3. C. 20. qu. 1. & Can. 55. de Consecrat. diff. 4. verbis:  
catechumeni concurrant - - Et omnino Symbolum quod est; Cre-  
do in DEum patrem, omnipotentem, spiritualiter doceantur,

tum in politicis omnis judicialis cognitio quiescat; 8) nec exerceatur quæstio criminalis, vel imponatur facinorosis capitalis aut corporis afflictiva pœna. 9) At enim vero etiam si ita hæc omnia religiose constituerit pia antiquitas, præcavere tamen eadem non potuit, 10) quo minus seculorum sequentium corruptela immam-nem proh dolor! stragem, & piis his institutis, & simul in genere bonis intulerit moribus: Siquidem per luxuriam ipsam non solum in locum pristinæ denominationis sanctæ castæque, luxuriosa inventa sint nomina, e. g. *hebdomadis malignæ, vesanæ*, der Tauben unsinnigen Woche, des feisten Sonntags, der Herren Fast-Nachts, des schmalzgigten Samstags, des unsinnigen Pfingsttags, 12) gailen Montags, Narren Kirch-Weyh;

- 
- 8) Conf. MENAGIUS in amœnit. Jur. Civil. C. 26. ubi ex Epistola THEODULPHI ita pergit: *In his jejuniorum diebus nullæ lites, nullæ contentiones esse debent.*
- 8) 1. 6. C. de Fériis. Ut quadraginta diebus, qui auspicio ceremoniarum paschale tempus anticipant, omnis cognitio inhibeatur criminalium causarum.
- 10) BESOLDUS thes. pract. voc. Fasten, item omnino laudat: WILDVOGEL diss. cit. C 3. §. 7.
- 11) HOTTINGER in der Helvetischen Kirchen-Geschichte P. II. p. 696. quem citat HALTAUS I. c. S. 50. Mit was Andacht die grosse Fasten angehebt worden, ist unter andern aus dem zu sehen, daß An. Chr. 1433. zu Zürich selbst die Abtsin zum Frauen-Münster samt Herrn Friedrich von Heven des Nachts vermut mit ziemlichen Unwesen in der Stadt herum gelauffen, so daß selbige Wochen nicht unrecht die taube, unsinnige Wochen genannt worden.
- 12) In terra Tyrolensi ita vocant hunc diem, & quidem ex conjectura sèpius citati HALTAUSII pag. ibid. 49, abs insana grassatione vel voracitate plebis, da sich einer heut mahl vollfressen muß, ut vulgare ibidem proverbium

Weyh, Gräß-Montags, blauen Montags, item: festi Bacchanaliorum; sed etiam tota hæcce ineuntis quadragesimæ hebdomas turpissimâ fœditate, larvatis grassationibus, ebrietate, comedationibus & heluati- nibus non solennis, sed pedetentim infamis facta est. Ut adeo temperare mihi non possim, quin cum DEXE- LIO exclamem 13): O des verkehrten Wesens! Einer lasse mir das Fasten heissen, da Fressen, Sauffen, Tanzen, Springen, Jauchzen, Tourniren, Schweren, Huren und andere teufelische Laster so überhand genommen, daß sie gemeiner als alles Gebeth, alles Christe, du Lamum Gottes, alles Vater Unser, u. s. f.

Nec in specie fugere facile quenquam possunt ritus isti, in universa fere Germania superiori abs antiquissimi retro temporibus recepti, quibustempore Caremen- tranni 14) placentæ parantur in gyrum flexæ, vulgo spire, sive Kringel, adhibeturque proverbium: einem Fastelabend abstauen. Ritus certe, si primam eorundem species originem, ex paganismo cum ceteris supra adductis spurciis derivandi. Uti enim in Lupercalibus Luperci nudi discurrebant, obvium quemque scuticis cædentes, sigillatimque mulieres adultæ verbera non declinabant, proficere ea ad conceptionem & partum ratæ; 15) atque in festo Bachi, quod

( 3 )

eadem

---

um habere dicitur, De ceteris nominibus sequentibus etiam consuli meretur ID. HALTAUS, & latius forsitan qui non ad manus mihi est. JOH. JAC. RABE in Calendis festorum dierumque mobilium immobilium perpetuo.

13) in seinem historischen ossem Schau-Platz p. 132.

14) i.e. Carême entrant, CANGIUS h.v. quasi, intrans quadragesima, caput jejuniū, der rechte Fastelabend.

15) NICOLAI de ritu antiquo & hodierno Bacanal, C. 14. S. 15

eâdem anni parte , qua hodie tempus quadragesimale,  
incidere conveverat, 16 placentulas in gyrum flexas  
i. e. spiras distribuebant gentiles : 17) ita profanus hic  
spirarum usus unâ cum altero ritu , des Abstâupens,  
abs hac gentilium superstitione ad Pontificios , & ab  
his, post emendata sacra ad Aug. Confess. addictos trans-  
latus est , 18) & consequenter non tam imitandus fuit,  
quam migrandus utique , & damnandus . Quicquid  
tamen hujus rei sit, Vos O ! mei svavissimi , vestri jam  
commonefacio officii , atque per DEum vos rogo , &  
Vulnera crucifixi Redemptoris nostri JESU CHRI-  
STI , ne & Vos spurcissimis his supra commemora-  
tis Bacchanaliorum sordibus vos polluatis , nec pia veter-  
ris Ecclesiæ instituta quadragesimalia proterve negligentes ,  
cum insano Thyadum grege Evii Orgiis in-  
esse malitis , quam cum Christianis lamentabilem  
Servatoris passionem , crux & mortem meditari.  
Fugite ac vitate , quæso , omnes commessationes Ba-  
chicas & compotationes, ceterasque luxurias & pravi-  
tates,

---

16) Conf. ID. Cap. 9. §. 1.

17) Nam offerre solebant Diis ejusmodi placentarum gene-  
ra , quibus formæ quædam expressæ erant pro ratione ido-  
lorum , quibus donabantur . Jam vero in mysteriis Ba-  
chi spiræ serpentum obveniebant , i. e. sinuosi angvium fle-  
xus , quia sub hac figura e Proserpinâ Bacum generat  
Jupiter ; Ergo placentulæ in gyrum flexæ , vulgo spiræ ,  
Kringel , huic Bacho erant dicatae , indeque festo ejusdem ,  
& ipsi offerebantur & convivis distribuebantur . J. C. KOCH  
de spiris pistoritis S II. per tot .

18) Conf. MUSSARDI Vorstellung der vorzeiten aus dem  
Heydenthum in die Kirche eingeführten Gebräuche und Ce-  
remonien , aliisque abs Ill. BÖHNERO allegati in diss. de  
Jure Liturgico p. 17.

tates, ne in Vobis contingat quod GVALTER scribit in tr. von der Unfechtung Conc. III. statt Fass Nacht, inquiens, ist Fass Nacht dieses Festes eigentlicher natürlicher Nahme, dieweil darinn die Wein- und Vier Fässer gesürmt und geleeret, dazu die Menschen selbst, die des heiligen Geistes Tempel seyn sollen, zu stinkenden Weinfässern und Weinschlauchen werden. Et unica vestra cura, unica meditatio sit, *scire Iesum Christum & hunc crucifixum.* Sit vobis proverbium istud des Fasselabend-Abstüppens, non tam occasio in honesti joci, quam potius incitamentum ad devotissimas CHRISTO agendas gratias pro sanctissimis, quas hoc tempore ob peccata vestra toleravit, plagas. Sint ipsæ met porro, quas superstitiones antea descripsi placentulas Bacchicas, spiræ, quia hodie non tam effigiem serpentis sinuosi amplius exprimunt, quam ponius figuram referunt crucis, frequens Vobis recordatio Salvatoris vestri CHRISTI, qui cruci affixus serpente debellavit infernalem, & sua passione Vobis DEUM reconciliavit. 19) Tandemque hoc agite, quo etiam id placentarum genus, quod sigillatim hic locorum, tempore quadragesimali coquitur, sub nomine derer Heestweggen 20) veniens, devotas istas de CHRISTI cruce meditationes admaturet in Vobis atque

---

19) deme enim latera modernis spiris, & figura crucis plana erit atque expedita. Causa mutatae formæ additæque crucis, ex supra laudato KOCHIO appetet, pag. ibid. 22.

20) i. e. Eß-Wecken, sive solche Brödte, welche die Gestalt einer Rauten, verschobenen Vier-Ecks oder Kreuzes haben. Lingvâ Latinâ *susi, fusili* dicuntur, item *cunei*. Vid. CANGIUS v. *cuneus*. Et SPENER, in *Opere Herald.* P. General. P. I. M. II. p. 192. S. 25.

atque eò frequentiores reddat. 21) Et, quo uno  
verbo cetera complectur, & cogitationibus & ope-  
ribus sanctis quadragesimale hoc tempus sanctifi-  
cate, atque in Redemptoris vestri gloriam cunctas  
vestras dirigite actiones, non viventes BACHA-  
NALIA, sed vitam honestam, piam  
& intemeratam. Valete!

21) pertinet hoc locus ex HEDERICI *Chronico Sverinensi*,  
quem sequentibus refert DN. STIEBER in der Mecklen-  
burgischen Kirchen-Historie p. 267. ubi ita pergit: daß  
Herzog Hinrich Leo um diese Zeit die Unchristen bey Taus-  
senden in die Schwerinische See, nicht weit von Fischeln,  
treiben und alda . . . tauffen lassen. Und daß sie sich des  
Mahmens Christi und seines Kreuzes und Todes zu ihrer  
Seligkeit alle Augenblick zu erinnern hätten, hat gemel-  
deter Herzog das Brodt in der Form, wie es zu Wiesmar  
gebräuchlich, Creuz-weise zu backen befohlen. En! igitur  
unde primi placentarum modernarum quadragesimali-  
um, derer Fastnachts-Heetweggen, deducendi sint  
natales.

P. P. Sub Sigillo Rectoratus,

d. XVI. Febr.

Anno MDCCXXXVIII.







Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn1004020945/phys\\_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1004020945/phys_0012)

**DFG**

tates, ne in Vobis contingat quod GVALT  
bit in tr. von der Unfechtung Conc. III. statt Fas  
inquiens, ist das Nacht dieses Festes eigentliche  
sicher Nahme, dienweil darinn die Wein- und Vie  
gestürmt und geleeret, dazu die Menschen selbs  
heiligen Geistes Tempel seyn sollen, zu sindende  
fassern und Weinschlauchen werden. Et unica  
cura, unica meditatio sit, scire IEsum Christum  
crucifixum. Sit vobis proverbium istud de  
abend-Abstâupens, non tam occasio inhonest  
quam potius incitamentum ad devotissimas  
STO agendas gratias pro sanctissimis, quas h  
pore ob peccata vestra toleravit, plagas. Si  
met porro, quas supersticiosas antea descri  
centulas Bacchicas, spiræ, quia hodie non tan  
em serpentis sinuosi amplius exprimunt, qua  
figuram referunt crucis, frequens Vobis  
Salvatoris vestri CHRISTI, qui cruci affixus  
tem debellavit infernalem, & sua passione Vo  
UM reconciliavit. 19) Tandemque hoc agi  
etiam id placentarum genus, quod sigillatim  
corum, tempore quadragesimali coquitur, su  
ne derer Heetweggen 20) veniens, devotas  
CHRISTI cruce meditationes ad maturet in V

19) deme enim latera modernis spiris, & figura cr  
na erit atque expedita. Causa mutatae formæ  
que crucis, ex supra laudato KOCHIO  
pag. ibid. 22.

20) i. e. Eß-Wecken, sive solche Brödte, welche di  
einer Rauta, verschobenen Vier-Ecks oder Kreuz  
Lingvâ Latinâ fusî, fusili dicuntur, item cunei. Vi  
GIUS v. cuneus. Et SPENER, in Opere Herald.  
ral. P. I. M. II. p. 192. S. 25.

